BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 232
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Et date anulum in manu eius et calciamenta in pedes.

Anulus est uel sincere fidei signaculum quae cunctae p missam credentium cordibus cestampressio ne signatur. Uel nuptiarum pignus illarum quibus ecclesia sponsatur. Et bene anulus in manu datur. ut per opera fides claresca t. et per fide opera firmentur. Calciamenta autem in pedes officium euangelizandi denuntiant. Ut cursus mentis ad caelestia tendens. a terrenorum contagio rerum inuiolata seruetur. Et mundae priorum: muniatur exemplis super serpentes et scorpiones securus incedat. Manus ergo et pedes. id est opus operatur et cursus. Opus ut recte uiuamus. Cursus. ut ad aeterna gaudia properemus. Nonenim habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus.

Et adducite uitulum saginatum et occidite.

Uitulus saginatus. ipse idem dns est. sed secundum carnem et bene saginatus. Quia caro eius ad deo spiritalis est opima uiuiste ut pro totius mundi salute sufficiat in odorem suauitatis. in odorem uidelicet immolationis ad dm mittere. et pro omnibus exorare. Adducere autem uitulum et occidere est. praedicare xpm et mortem eius insinuare. Tunc etenim cuique prnm quasi recens occiditur cum credit occisum. Tunc caro eius comeditur. cum eius passionis sacramentum et uirtus ad remissionem percipitur et quotidie adimitationem cogitatur.

Et manducemus et epulemur quia hic filius meus mortuus erat et reuixit. perierat et inuentus est.

Non solum filius qui reuixit et inuentus est. uerum pater et seruus illius sacrificii uituli qui propter filium occisus est carne refecti epulantur. quia patris cibus salus est nostra et patris gaudium nostrum est remissio peccatorum. Nec tantum patris sed et filii et spiritus sancti. qui sicut una indiuiduae trinitatis. unde beatus abraham tres angelos hospicio recipiens uitulum tenerrimum et optimum occidisse et eis cum lacte pane et butyro epulandum legitur obtulisse. quia quibe atam trinitatem recte deuotionis officius reficere. id est laudificare desiderat. mortemque quoque deb et unigenti filiudi incarne. quae est una in eadem trinitate persona pie confessionis sinceritate celebrare.

Et notandum quod ante stolam prima ad pedes anulus. ad pedes calciamenta praestantur. et sic de inde uitulus immolatur. quia nisi spem quisque prime in mortalitatis induerit. nisi anulo fidei operam praemunierit. nisi ipsam fidem pie confidendo praecauerit non potest sacramentis inter. ee. caelestib:

Et coeperunt epulari.

Iste epulae atque festiuitates nunc celebrantur porro ubi ecclesia dilatata atque diffusa. Uitulus enim ille in corpore et sanguine domini coquitur et offertur patri. et pascit totam domum.

Erat autem filius eius senior in agro.

Filius senior populus israel est. qui licet in longinquo non abierit. non tamen domi sedin